



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Bonorum obsequium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Abotutu intelligitur, in quo modestia primas obtinet, isque plurimum fieri solet in obliquum, & id
corvum est.

BONORUM OBSEQUIUM. CAP. V.

ALia porro pictura specie, hominem ea modestia
praditum, ut facile eum queas a perperam factis
avertere, indicare si vellent, Taurum genu dextero
illigatum pingebant: hunc enim si dextero alligave-
ris genu, mansuetum & vincula consequentem inve-
nies. Hoc cum Romæ Clementis VII. principatu
Græculus quidam effecisset ducto sapius ferocissimo
Tauro per universam urbem, quem tenui admodum
B funiculo ita religarat a genu, peritissimi Magi nomen
apud imperitos affecutus est. Edomitæ autem ferociæ
hieroglyphicum apud Georg. Anselmum vidi, im-
pressum numo Taurum caudâ surrecta, capite cer-
vino, anteriore crure lævo genu flexum, sub querno
supite, a quo laurea pendeat, : ab altero latere
caput Leonino spolio armatum. Inscriptio, MILLO
CROTON.



Taurus nu-
mo impres-
sus.

PROLES MASCULA, PROLES FOEMINEA. CAP. VI.

AEgyptii iidem Sacerdotes, ubi masculam prolem mysticè describere vellent, Taurum ab inscen-
sione in dextram se partem demittentem figurabant : si vero foemineum foetum exprimere vo-
luisent, eundem in lævam avertentem sepingebant. Compertum siquidem est, Taurum a conceptu
C discedentem si deflexerit in dextram, marem esse genitum, si ab læva abscesserit foemineum esse fo-
etum. Adhæc Parmenides, foetum tunc esse patri similem asserit, cum a dextera locorum parte edi-
tur, matri vero, cum ab læva. Hippocrates tradit sinistro teste obligato marem generari, dextro ve-
ro foeminam, tantique esse dextrarum sinistrarumque partium in maribus foeminisq; cognoscendis
observationem, ut si mammarum prægnantis mulieris dextra flaccescat, macrave repente fiat, si ge-
mellos paritura fuerat, marem abortum fieri dicant: si vero sinistra macrescat, foeminam deperdi.
Quin & Onirocritæ hæc eadem intelligunt, cum imaginari dextra parte dentes amissos, marium con-
fanguineorum obitum ariolantur, ex sinistra vero, foeminarum. In dextra autem parte uteri mater-
ni sapius moveri mares, in læva vero foeminas constat. Albertus sibi compertum ait, mulierem
quandam foeminas tantum parere solitam ea de causa, quod a conceptu semper in lævum latus de-
cumberet, admonitam vero ccepisse in dextram conquiscescere, ac solos deinde mares genuisse. Ne-
que vero dissimulandum quod ad Aegyptiorum commentum facit. Septentrioni vim masculam in-
esse, quod neq; quidem Aristoteles dissimulavit: docet enim is, si masculos plures creari volumus, ad
D mixturæ tempore, dies siccos, & halitum Septentrionis eligendum esse: & contra eum ventum greges
pascendum: sin vero foeminas generari velimus, Austri captandos flatus, & in eum pascua dirigenda,
quod vis in eo vento muliebris insit. Africanus quoq; rem hanc tangit in Georg. Ait enim: *Si marem
velis, Aquilone spirante admissuram faciendum; si foeminam, Austro.* Sedenim de levis dexterisq; mundi
partibus magnum est inter authores dissidium. Una enim cum Aegyptiis dexteris mundi partes Sol-
stitiales, sinistras Brumales intelligit Empedocles, de quo ita Galenus, *ἐμπεδοκλῆς δὲ δεξιὰ εἶναι τὰ κατὰ τὴν ἀκτὴν
τὰ τὴν ἡμερινῶν, τετρακτῶν, ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τὴν χειμερινῶν.* Neq; desunt qui primas olim foeminas ad
Ortū & Meridiem terra genitas, mares vero ad Septentrionē & Occasum fabulentur. Plato tamē Ari-
stotelesq; alia ratione orbē dividentes. Orientales esse dexteris, a quibus in initio motu, lævas autē oc-
ciduas, tradidēre, ut idē Galenus recitat, *πρωτογενεῖς καὶ πλάτων ἑλισσοπέλης δεξιὰ ἑκδοσὺς ἔφασκεν
εἶναι τὰ ἐὼς ἀφ' ὧν ἀρχὴν εἶναι τὴν κινήσεως, ἀριστερὰ δὲ ἑσπερια.* Contra Varro Latinæ linguæ l. vi. cœ-
lum

Que dexte.
mundi par.